



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

Rebellio in Sinas aeterna.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

<sup>16.</sup>  
Tunchini  
Regnum, si-  
tus, gubernator.  
&c.]

cuiusmodi regnum sit, quibus, illic populi moribus, legibus, reli-  
gionibus, & artibus viuant, abunde opinor, ex iis pater que de Co-  
cineina & Sinis praemisi, quorum olim pars fuere Tunchinenses; si  
quid erit peculiare Tunchino, iis locis reddam, ad quotum intelligentiam fecerint. Hic illa tantum breuiter indico unde aditus fiat ad hanc  
historiam clarior. Ut vox Pechin, aulam ad Septentrio[n]em; Nan-  
chin aulam ad aust[er]um significat; sic Tunchin aulam ad Orientem sita-  
tam, haud quidem Sinaturum comparatione, sed aliarum ab occasu mul-  
tarum regionum, quae retro actis quondam seculis ad Sinas attinge-  
bant; quod enim non possent negotia confici, nisi mensium multorum  
Sinas aeterna-  
Rebellio in itineribus per molestis, seu Pechini forent, seu Nanchini tractandi,  
(aulis regni eiusdem duabus) stabilita est aula Tunchinensis, seu iuri-  
dicum tribunal ex quo causae Occidentalium, & negotia penderent.  
Diuulsis autem longo temporum lapsu, ex Monarchia Sinarum, Regni  
bello partis, sequi sibi suam in propriam ditionem subinde afferen-  
bus; vltimò Tunchinum rebellauit, quod rebellioni non tanta fuisse  
longinquitas, octingentis ferè, quoad monumenta suggestunt, ab hinc  
annis; idque repetenda studio libertatis, tam pertinaci & deliberato,  
vt Praefectorum Sinenium strage promiscua iugum excusserint; signo-  
que profecti manifesto aliam à Sinis originem, solutos nodo (quod ext-  
uant hodieque) capillos à vertice, in humeros sparserint; calceos Sinis  
pro gradu, & meritis varios, prolsus abiecerint, incedantque exinde  
nudis nunc etiam pedibus, quod nullo suo incommodo ita nocti vici-  
pant, plantis, aliquot post menses in callum duratis, vt iis deinde im-  
pedimento sint calcei, adeò est corpus utramvis in partem docile. Mu-  
tata, capitum, & pedum velut scena, planèque Sinas à plantis ad ver-  
ticem exuti nomen etiam Regno commutarunt, & Annam pro Tun-  
chino dixerunt, quod australi quietem apud eos sonat. Qui vero  
tunc Sinis imperabat, tranquillam sequitatem, bello anteponens, Tun-  
chinum & pacem tributo perpetuo trienni vendidit. Nisi forte melius  
dixerim emissè: duplo enim Sinenis stant carius munera quæ Tunchi-  
nensis muneribus rependit, & in eis legatos prodiga effundit maiestate,  
quam Tunchinensi triennis illa cum tributo clientela sua professa  
Tunchinum igitur iam per se Regnum, lunnam respicit à Septentrio-  
ne, vnam ex quindecim Sinarum Provinciis, cum parte aliqua Cio-  
canæ, quæ & ipsa quondam ad Tunchinum spectauit, nunc à se Re-  
gnum efficit angustum, Quansieni Sinarum Provinciæ contiguum.  
Occidentem versus habet montium Moi tractus continentis; ab Austra-  
Cocineinam, rebellione item ab eo scissam, & ab Oriente matis Si-  
num, in quem capacibus ostiis influit ingens amnis qui urbem regiam  
Checiū alluit, milliaribus septem in longum porrectam; & fere to-  
tidem in latum; & habitatorum milione ut scribunt conseruant. Ne-  
gant alij urbem esse, sed campitatem aulam; habitatores, non ciues sed  
aduenas; pro sua quemque libidine vel commôdo mobiles, nūquā

diu eosdem , demptis qui præsto sunt Regi militibus . Quod significari Pater Fontes refert ipso vocabulo , nec aliud esse Checum quam Mer- catum , ob continuas ut ait nundinas importantium multitudini tam immensæ vniuerso ex Regno commeatus , Regi atnua , & Reginis , & Mandatiniis Rectoribus tributa , quorum alij triginta pagos , quadra- ginta & plures aliqui vñfructuarios obtinent . Quicunque nihilominus de Checio scribunt , gratificantur illi titulum ciuitatis . Testem do P. Gasparem de Amaral Lusitanum datis illinc anno 1638. literis , non quod mea intersit vrbs an Emporium vocetur , sed quod multa hinc seculi non inutilia discimus ; atque illud imprimis quod ait , videri sibi Tunchinum Lusitania triplo ferè maius ; sed decuplo & vixit frequentius . Vrbes nullas habere præter Checum Regiam , dignam planè quæ cum amplissimis , & celeberrimis componatur , haud illa equidem vastitate , quam ei attribuunt nonnulli , sed referre speciem campestris Regiae , & hospitiij castrensis , infinita vndique illam ambit , ducum , & militum multitudi ; nec minor alia mercatorum ; artificum alia & omnis generis , mediastinorum . At enim si ( quod subinde fit ) Præfectorum quisquam aut Regis propinquus arma & populum in Regem mouerit , ignis ante omnia Checio subditur & spontaneis suorum ciuium sic deletur flammis ut plus die uno non intersit inter vrbum maximam , & nullam ; solus nudo in Campo cuius exercitu Rex hostem expectet , aduenis omnibus ab eo dilapsis . Rursus victo rebelli , & sancta pace , diebus paucissimis Checum è suis cineribus excitatur , & de nuda humo in vrbum consurgens , multis populorum centenis millibus impletur . Iam situm illius prospicenter conditores metati sunt inter Provincias quatuor , quæ nomen à quatuor quas spe- ciant mundi plagis , proprium duxerunt . Porro in forma imperij quod Rex apud nos , idem Bua Tunchinensibus quandam fuit , estque nunc etiam quoad speciem quandam supremæ potestatis , re prope vacuam . Tunchinum enim legitimo succedendi iure in Regem inciderat , volupta- tia , & turpi segnitie infamem ; hoc vitam quadrupedis in Tignea Pro- vince viuente abiecit planè Regni curis ; cliens eius quidam , Regnum eò usque depositum , censuit esse primi occupantis , & Provinciarum septem , ex numero , quatuor in illum armavit , tam obtuso ad re- bellionem hanc sensu stupidum , ut agrè Ducis cuidam suo annuerit , militem facere , in hostem ducere , & captas Provincias illi extorque- re , quod secundo Marte à Duce præstitum , cum inerem Buam & vœ- cordem à propria ignavia & Regni neglectu minimè dimoueret , qui ne tympani quidem fono interturbari sibi somnos per omne id bel- lum tulerat ; Ciuia hoc est summus militiae Præfetus , ut erat armatus , administrandum Regnum sibi assentuit ; tenetque hoc etiam ævo idem uno in regno , duorum Regum , Officiorumque Buæ & Ciuaæ col- legium ; reprobante altero Regis vimbram , & nomen , altero reipla regnante ; paucis tantumisque sterilibus , Buæ permisso regni notis , & dispensa

dispensatione honoris vacui , titulorum splendore illus. Prima statim Luna ( quæ vti & Sinis Februarij quinto est propior , quod solsticium hibernum ab æquinoctio , hiemem à vere diuidunt ) prodit Bua sua è Regia ( quæ vulgo Dan dicitur ) comitatus innumerabilis superbo apparatus ; Ciua ipso , procedentis latus , in cultu regifico tegente , praecedit militia omnis , cum Literario Magistratu , nobilitate , ac populo longa ordinibus ; portatur , extatque supra omnium capita suo in throno Bos , ea quam gereret simulachrum viuens tumidas maiestate . Exitur extra frequentiam ædium in campum ceremoniae tantæ sacrum illie riu sollemni ccelo , & terræ Bua sacrificat ; indè stiua prehendit ornatissimi aratri , & iunctos illi boves , stimulo incitat , ductoque passuum aliquot , brevi sulco , in palatum suum reportatur , quo eius horram tacito , rustica vbiique omnes opera repetunt , agrisque ad frugem extant per hiemem desides , & à ligone ac vomere oriosos . De Sinarum exemplo veteri morem hunc annuum retinent Tunchinenses , donec illum suis sepulti palatiis Sinarum Reges non obeant , nisi quo die inaugurarunt corona imperij , sed habent aliquid in eo quam Tunchinensis illustrius . Sinarum Rex ipsenam agellum arat , & seminat Mandarini interea partem operæ , certatim , & sedulo in vicem præcipientibus , frangenda gleba , coæquandis sulcis , occanda semente , & sepiendi , cuius deinde in faleem , & trituram maturæ , purgata grana Regiaturuntur , velut eius laboris fructus , & pretium . Imperatrix quoque in agello eodem quem verit agricola maritus ad morum accedit , acceptaque ex ea ramis , quærit in iis folia nondum nata , que sapienter nisi sera non mittrit . Vtque suo illo exemplo Rex viros , ad exercendos agros vocat , sic & feminas Imperatrix ad bombicum & sericetum , quo Regni eius locupletissimi præcipua opulentia fulcitur . Præ hanc Bua honorarij munieris functionem , Regem item Sinarum in exemplatur , quod ab eius in regnum aditu , nouis incipit toto regno minorum cardo , qui eius morte cum eo interit , aliisque ab eius successore duci ordo annorum incipit . Nomen præterea omisso vena nouum sumit , longa ariolorum & Literatorum indagatione idcirco leatum , quod pendere ex eo maximè faustitatem publicam somnient , cogantque illum , si sterilitas aut pestis annum vexauerit , omisso nomen , ominato mutare . Ad hæc Literarios confert gradus , & bimense quois , redeunte , & integra Luna , obsequiosissimis prolationibus honoratur , eiisque nomine legati , ad Regem Sinarum cuncto tributo , triennis singulis mittuntur . Sed hinc tacito illo , vi qual rem nostram perpetuum faciat ; Ciuan deinceps Regem vocabimus , estque is omnino Tunchini Rex , & duclum à maioribus Regiæ dignitatis , potestasque ius transmittit in filios . Quanta vero sit eius potentia fortassis hic non persuaderem , sua est enim quibusque imperii prædicti & publici ratio , vique illos rideamus cum sibi nostras regiones regnatis & steriles ; habitatores incultos , & aggressus singant , sic iij mero-

17.  
Initia operi  
ab Rege pti-  
mo. die anni.

18.  
Bua Tunchi-  
ni Rex. ini-  
nis Ciua Rex  
vetus.